



VIRI PL. REVERENDI !

Concinnè ac eleganter Philosophus & orator ille insignis, Seneca, **HOMINEM** pronunciat **REM SACRAM.**

Innuere videtur, hominis dignitatem respectu auctoris, est enim opera manuum divinarum; respectu accidentium est spiritus sancti *εὐαγγελίου*; respectu officii, quod sacrum conditori suo debeat cultum.

Circa hanc sacram rem, cùm arbitrato superiorum, & permisso parentis benedictæ memoriæ studia mea occupentur, arti servandorum hominum & valetudinis curandæ destinata, operæ pretium duxi, publicum aliquod specimen in lucem depro-mere, & meam erga **SACRAM REM**, hominem nempé devotam observantiam contestari.

Vobis, Patroni venerabiles, **SACRAE** hujus **REI** curæ destinati, ejus æternæ salutis invigilantes, cœli interpretes facundiâ & copiosè loquente sapientiâ animos instruentes, auditores vestros divinis consolationibus erigentes, bonarum literarum fautores & propagatores, non in speciem solùm & pompam, sed